VIOLARIUM GRÆCUM

PHILOLOGICUM-CRITICUM

EXCULTUM ET IN ORDINEM REDACTUM

A JOANNE PETRETTINIO CORCYRENSE

PHILOLOGIÆ GR. ET LAT. PROFESSORE

PRO SUIS PHILOL. GR. LECTIONIBUS

IN PATAVINA UNIVERSITATE.



VENETIIS 1827

Sumptibus { FRANCISCI ANDREOLA, et JO: BAPT. MISSIAGLIA } Editorum privileg.

EX TYPOGRAPHIA FRANCISCI ANDREOLA.

Nihil est sapientum judicio in amplissima literarum scientiarumque republica, quod licet prima fronte pervium et facile appareat, multum tamen temporis, laboris et ingenii non requirat ab iis, qui opus, quantum possunt, perfectissimum elucubrare desiderant. Cui porro facilis non videtur anthologiae confectio? praesertim si immensum prope numerum cogitet hujusmodi operum, quae in Italia et alibi selecta et typis edita fuerunt? Verum si animo parumper attenderit, utrum tot quasi florum selectiones ex oratoribus et poetis id utilitatis et commodi contineant, quod sani homines optant, profecto in id nobis consentiat oportet, paucissimas esse quae prae manibus nostrae juventutis tuto haberi mereantur; hisce potissimum temporibus cum auspiciis tam felicibus graecae literae ab adolescentibus excoluntur. Hoc nos in eam cogitationem adduxit, ut animum ad hanc novam collectionem adjungeremus, sperantes futurum (si modo ii sumus, qui id possimus) ut labor hic noster, sin minus absolutus atque perfectus, saltem ceteris aliis, qui prodierunt accommodatior et utilior existimetur, tum propter optimorum auctorum delectum, tum propter adnotationes, quas et ad taedium levandum, et ad iter expediendum hinc inde subjecimus.

Et in primis, ut de graecis exemplaribus verba faciamus, ea praeponere statuimus, quae excellen-

tissima et optima habentur; ea scilicet quae tunc
temporis exarata fuerunt, cum lingua potissimum
florebat. Praeterea in eo toti fuimus, ut cujuscum
que styli et dialecti exempla proferremus, variasque
et simul pulcherrimas graeci sermonis formas, quas
ab Homero usque ad Ptolemaei Evergetis tempora
in suis scriptis auctores adhibuerunt. Selegimus etiam
data opera eloquentiae flores, quos viri critici plu
ribus laudibus persequuti sunt, propterea quod ma
xime lectorum attentionem voluptate conciliant, e
sanctiora continent praecepta virtutis, ut aut ad me
liorem frugem juvenes impellantur, aut publica ac
privata eorum vita in officio contineatur. Quamobrem
auctores qui veterum Atticorum more scripserunt et
posterioribus saeculis floruerunt, relinquendos pu
tavimus; quorum solummodo mentionem facimus,
ut laus sua tribuatur imitatoribus principis antiqui
tatis. De hujusmodi hominibus nullius fere literatu
rae nimis bene, ne dicam insipienter, senserunt non
nulli leves grammatici, quorum sententiae tamquam
certissimae in causa fuerunt, cur hujusmodi scriptis
anthologiae abundarent, in quibus occurrit stylus
saepe ridiculus et elegantia nimis redundans, tum
etiam rhetoricae narratiunculae, quae nunquam ali
bi nisi in vulgari eorum mente extiterunt. Ab his
tamen excipiendi sunt Lucianus et Plutarchus. Quo
rum prior vir mentis vere peregrinae nitet ornamen
tis elegantioris dictionis, suisque satyris exemplo sa
ne novo non solum aetatis suae, sed omnium tem
porum et locorum vitia carpit. Plutarchus autem
quamquam quoad linguam primas non tulerit, ma
ximus tamen historicus, et morum praeceptor ma

ximus et habetur et est, ideoque eorum in numerum adscribi debet, qui bene de literariae reipublicae nomine ac dignitate meriti fuerunt. Hinc ex his duobus nonnulla nobis placuit exempla decerpere, et quum ambo styli facilitate excellunt, eos tamquam in pronao collocavimus, ut iisdem ducibus in nobilissimum graecae linguae quasi templum reciperemur. Atque haec eadem styli facilitas, itemque non ita magna temporum disjunctio nos impulit, ut his, quos memoravi, nonnullae adjicerentur sanctorum Patrum epistolae, in quibus vos, adolescentes, qui in sortem Domini vocati estis, non solum styli epistolarum, sed etiam theologicae ac philosophicae doctrinae optima exempla invenietis. Hos quasi duces subsequitur historicorum princeps et jonicae dialecti scriptor praecipuus Herodotus halicarnasseus; huic deinde succedit, vir singulari ingenio praeditus Hippocrates cous, qui dialecto et ipse jonica usus, illud de arte medica volumen posteris tradidit, in quo nunquam satis suam exercebunt industriam juvenes, qui graeci sermonis studio delectantur.

Atque hi sunt primi graecae linguae scriptores: tum reliquos, qui eamdem linguam ad summam gloriae amplitudinem extulerunt, ordine persequuti sumus. Omnes anteit Isocrates, quem propter suaviloquentiam sirenem vocamus; quis enim illo purior in scribendo? Quis simul viridior? Aut quis illo jucundius juvenum animos omnigenae sapientiae desiderio inflammavit? Proximus accedit Lysias, *in causis forensibus*, ut ait Cicero, *non versatus, sed egregie subtilis scriptor atque elegans.* Huic Xenophontem adjunximus atticorum scriptorum tamquam

signiferum; qui in scribendo habuit parem neminem, nec habebit in posterum; in hoc enim uno omnes eminent veneres atticae elocutionis.

Quod si Atticorum disputationem ac dialogum velimus agnoscere, legendus erit Plato, qui jure meritoque divinus appellatus fuit; quae enim alta mente conceperat, splendidis et grandibus modis unus depinxit; addidimus huc etiam, tamquam comitem ac socium, Theophrastum, qui attici sermonis concinnitudini fortasse nimium indulsit. Hisce quasi gradibus ad Demosthenem magnum Graeciae lumen devenimus, cujus quidem eloquentia perfecta M. Tullio visa est. Nobis vero satis erit, illum graecae eloquentiae longe principem nuncupare. Extremus jam et difficilis hujus aureae catenae anulus est Thucidides, summi ingenii historicus, et in rebus exponendis eloquentiae maximae et cum brevitate conjunctae. Pestis descriptio, quam ab ejus operibus deprompsimus, tamquam Polycleti opus numeris omnibus absolutum, quod ad narrationem spectat, habenda erit.

Ut vero non solum solutae, sed etiam adstrictae numeris orationis exempla juvenibus praesto essent, propositum nobis fuit nonnullas quoque ex poetis nobilibus sapientiorum Graecorum sententias et quaedam deinde epigrammata hinc inde conquisita colligere, et ad imitandum ob oculos ponere. In Graecia vel ab ipso ortu suo adulta fuit ac plane perfecta, praesertim Homeri poesis, de quo vate immensa paene dixerim vi imaginandi elato, illud nobis repetendum est, quod veteres poetae de Jove tradiderunt: *ab ipso incipiendum, cum ipso finiendum.*

Is enim uberrimus fons est, unde omnigena literatura initium habuit, jonicae dialecti, ac ceterarum parens, rerum omnium, tum maxime earum quae mente tantum et animo concipiuntur, pictor divinus, sol demum omnium aetatum ac temporum. Boni certe plurimum afferent juventuti doctissimi Italiae praeceptores, si sententiam Quintiliani sequuti, in evolvendis et illustrandis iis quae ab Iliade et Odyssea delibavimus, eam addent eruditionem, quae auget mirifice et alit florida adolescentium ingenia. Homerus et Hesiodus aequales fuerunt. Fertur etiam in quodam certamine de epico vate victoriam retulisse Ascraeus aemulus. Non est nostrum inquirere, cur hujusmodi judicium sane iniquum aureis temporibus fuerit; illud potius curandum nobis est, ut eximio viro debitus honor habeatur; quam ob rem specimen aliquod ejus quoque poematis didascalici hoc in libro exhibemus. Ab his enim antiquis auctoribus tamquam alumna vim ac spiritus duxit graeca lingua, ab Anacreonte vero venustates accepit et elegantias, quae facilius intimo animi sensu percipi possunt, quam verbis explicari. Quae quidem incorruptae veneres et pulcritudines postea in Aristophanis pectore sedem posuerunt suam, unde effluentes ejus scripta atticis leporibus jucunde consperserunt. Hujus post exempla tragicos poetas locandos esse judicavimus, quos et quantos viros! Aeschylum, Euripidem et Sophoclem, de quorum laudibus silendum potius quam parum dicendum. Horum in scriptis, praecipue in choris, ea adolescentes reperient, quibus ad grandia excitentur, atque ea graeci sermonis cognitione ditescent, qua instructis, non erit aditus inter-

clusus ad intelligentiam Pindari thebani, illius, inquam, dircaei cycni, in cujus lyricis carminibus tamquam in speculo mirabiliter expressa lucet omnis natura. Huic summo vati et philosopho opportunum duximus, ne quid imitatione dignum praeteriisse videamur, brevem Aristotelis odem addere, ut magis magisque juvenum animi virtutis amore incendantur. Duo tandem in extremo positi alexandrinae Plejadis circulum quodammodo claudunt; qui, ut imitatores, classem constituunt suam, nec ita multum a veteribus distant auctoribus, ita ut aliis adnumerandos esse putaverimus. Et re quidem vera simplex Callimachi elegantia hujusmodi est, ut saepe ejus versus Catullum et Propertium legisse constet; atque adeo naturalis et candida Theocriti dictio est, ut quemadmodum Virgilio pluribusque aliis, ita et vobis lacte purior, et dulcior melle videatur.

Haec sunt lectissima exempla, immo lumina graecae vetustatis, quae vobis in conspectu ponimus. Hi principes eorum omnium, qui sapientia praediti, et in ea mundi parte beatissima quasi sub numinum tutela geniti et educati tanta ingenii luce saecula irradiarunt. In haec monumenta si perenni studio incubueritis, progressu temporis eo devenietis, ut quempiam alium graecae linguae auctorem assequi intelligentia possitis. Ea enim spe erigimur fore, ut nulla dies vos disjungat ab hoc genere literarum, in quo estis a prima adolescentia, quodque hominum animos ab agresti vita ad humanum civilemque cultum deducit.

Sed satis de immortalium auctorum scriptis: pauca nunc de nostro hoc opere, quod *Violarium* in-

scribimus, perinde ac si totidem quasi violas, quae florum omnium delicatissimae sunt, in foecundo Graeciae solo natas et excultas complectatur (1). In hoc opere conficiendo is ordo ac ratio nobis adhibita est, quae aptior visa fuit ad propositum finem adipiscendum. Quare praeter paucas ipsorum auctorum eorumdemque operum notiones, quarum nonnullas ex Harlesii *Introductione in historiam L. G.* fere ad verbum transcripsimus, aliquas etiam adnotationes subjecimus, quae si iter non praebebunt adolescentibus expeditissimum, illis tamen in regione hospitali quidem, sed peregrina quandam quasi facem praeferent. Hujusmodi adnotationes ad philosophicam grammaticae linguae partem potissimum pertinent; phrases magis peregrinas explicant, modos et numeros et tempora verborum magis implicata declarant; insuper particulas rarius adhibitas, vocum radices, earumque usus inusitatos, difficiliores dialectos, leges poetarum liberas, rectas accentuum et spirituum regulas, verba composita, veram denique graecae linguae syntaxin ostendunt; maxime vero admirabilem articulorum, pronominum et praepositionum collocationem notant (2), simulque variam judicant inter-

(1) Ad exemplum Eudociae Imperatricis quae collectionem rerum variarum ab se perfectam Ἰωνιὰν nuncupavit.

(2) „ In his adnotationibus methodum sequimur, qua usi sumus
„ in opuscolo nuper edito: *Quadro de' verbi Baritoni — Pad.* 1825.
„ Cui, si quid otii concessum nobis fuerit, novum aliquid addemus,
„ ita ut ad novam prorsus formam grammatica redigatur. Omnes li-
„ bri, qui de hac re pertractant et publici juris sunt apud Italos, er-
„ roribus redundant, et ab grammatica graeci Lascari emanarunt,
„ qui adversis temporibus, Costantinopoli relicta, Florentiam se
„ contulit. Vide C. V. Amedei Peyron Praefationem quam laudatis-
„ simae versioni praemisit Grammaticae L. Gr. Augusti Matthiae.

pretandi rationem, et nostrum de seligendis lectionibus, deque auctorum variationibus judicium confirmant; interdum etiam sententiarum et elocutionis pulcritudinem exhibent; easque mythologiae et historiae notitias continent, quas postea, inter docendum uberius Professor et fusius explanabit. In quibus perficiendis nobis auxilio fuerunt transalpini homines eruditissimi, qui de honore graecarum literarum optime meriti sunt; sed plus etiam nobis adjumento fuerunt graecorum interpretum adnotationes. Nonnnlla etiam de nostro penu addidimus, patri sermonis scientia innixi; ea etiam quae ab operibus hausimus Adamantii Coray heredis dignissimi sapientiae nostrorum majorum, quaeque a praeceptorum graecorum consuetudine vel Smyrne, vel Chii didicimus. Illud insuper praemonendum ducimus, quod etsi praestantioribus usi fuimus gracae linguae editionibus, interdum tamen nonnullas facere immutationes ausi sumus, aut alicujus summi scriptoris auctoritate freti, aut nostro qualicumque consilio ducti.

Brevem praeterea illustribus auctoribus, quos tamquam in aciem producimus, dissertationem praemisimus, quae ad graecae linguae historiam ejusque dialectos dignoscendas multum valet germani Büttmann et angli Payne Knight vestigiis adhaerentes, qui tantam nominis famam consequuti sunt, quorum primus grammaticam, alter ad Homerum praefationem edidit hujusmodi, ut eas libentissime studiosae juventuti commendandas tradendasque arbitraremur, nisi prior methodi desiderium relinqueret, alter suo nimis illi digammati aeolico tribueret. — Huic fit accessio alterius perbrevis dissertationis, quae potissimum

gallicae inscriptionum et amoeniorum literarum Academiae nititur opinioni de graeci sermonis harmonia. Quarum doctrinarum selectioni operam dedimus praetermissis regulis, quae non semper certissimae sunt; quamquam ab ipso artis metricae fonte Hermanno derivatae, aliisque omissis dissertationibus de metro Pindari, de quo adhuc germani homines doctissimi Böckh, Thiersch et Ahlwardt adeo acriter contendunt, ut literaturae spatiis liberius emensis, in ethicae quoque jura immigraverint, eaque fortasse laeserint.

Peritus tamen artis praeceptor nostris curet scriptis, si cujus rei praetermissio a nobis facta est, interponere, easque interserere communes notiones, quas utpote notas omnibus de industria reliquimus; sic enim quod leviter nos attigimus, is in posterum vel affirmando auctius reddet, vel docendo fusius et apertius explicabit.

Illud tandem monitos juvenes volumus, nos appositum Lexicon latino-graecum in fine hujus *Violarii* missum fecisse, eo quod ejus usus sicut in minoribus scholis multum utilitatis afferre solet, sic in nostris detrimenti plurimum. Quicumque enim optimis vacat graecae linguae studiis ab universa lingua vim verborum intimam eruat oportet, ut eorumdem verborum radices, tum naturalem sensum, tum translatum, omnesque varios et communes usus ediscat. Ita ejus mens affluet notionum copia, et legitimum, aut saltem aptiorem cuicumque verbo sensum sciet callide periteque attribuere.

Quae quidem omnia recto eorum judicio submittimus, qui in celeberrimis Philologiae scholis inge-

nium conferunt suum ad bonum juventutis, et ad decus litterariae reipublicae; qui si firmioribus argumentis nostras valuerint sententias refellere, promipte vela retrahemus; dummodo tamen livore aut partium studio abstineant ingenui et aequi rerum aestimatores.

BREVIS DISSERTATIO HISTORICA

DE LINGUA GRAECA

DEQUE EJUSDEM DIALECTIS.

Lingua graeca, qua veteres loquebantur non solum in Graecia, verum etiam in pluribus Asiae minoris partibus, in Italia itidem meridiem versus, Sicilia aliisque provinciis, quo colonias miserant Graeci, sicut ceterae linguae, ita et ipsa pro diversis orbis regionibus in diversas dialectus abiit, quae, etsi plures, in duas praesertim dividi possunt: quarum una dialectus jonica, altera dorica nuncupatur, utpote quae a Jonibus, et Doribus Graeciae populis nomen mutuatae sunt.

Sed Dores numero plures cum essent, plures etiam colonias alio deduxerunt; atque idcirco eorum dialecto utebantur quatuor Peloponnesi urbes Doribus subjectae, nonnulli etiam Italiae et Siciliae populi. Propria hujus dialecti nota et distinctio erat nescio quae verborum asperitas et rusticitas, longaeque literae et *α* usus frequentissimus. Pronunciatio ipsa erat ampla et aperta; quae quidem a Graecis *πλατειασμός* *dilatatio* dicitur. Ex hac orta est dialectus aeolica, qua ii utebantur, qui extra Isthmum habitabant, et in coloniis aeolicis in Asia minore insulisque finitimis, scilicet Lesbo aliisque. Aeolica dialectus antiquae linguae proprietatem, et omnem prope naturam servavit; ideoque ad hanc magis dialectum quam ad ceteras alias accedit latina lingua, quae

et ipsa veteris graecae linguae filia adeo materno genere claret.

Iones antiquitus eam regionem incolentes, quae postea Attica nominata est, ad Asiae minoris oras colonias miserunt moresque suos adhuc rudes, prius quam urbs princeps et ceteri omnes Graeci, emollierunt; quare honoris causa Iones vocati fuerunt, eorumque dialectus jonica nuncupata: ii vero, qui domicilium in Attica retinuerunt, tunc temporis etiam Attici et Athenienses vocabantur. Dialectus jonica tum propter vocalium numerum, tum propter fere nullam vocum adspirationem, suavitate praestat. Sed dialectus attica, licet serius adhiberi coeperit, omnes tamen alias dialectos citissime superavit. Eadem enim flexibilis cum sit, tum illorum asperitatem, tum nimiam horum suavitudinem quadam temperatione vitavit. Verum quamvis attica dialectus jonicae mater extiterit, attamen jonicam dialecti Atticae effectricem in Asia minori fuisse putandum est; quia nimirum Iones suam multo antea ad absolutionem formam perduxerant. Dialectorum vero omnium parens habenda est pervetus quaedam Graeciae lingua, et a remotiore origine profecta, cujus certae definitaeque formae inquiri nequeunt vel conjectura explicari, nisi philosophico examine. Omnes peculiares loquendi rationes, seu dialecti, quae ex lingua hac vetustissima, tamquam ex uno trunco plures rami, ortae ac propagatae fuerunt, aliquem modum ac principium quaeque suum, aliae tamen plus, aliae minus, conservarunt; longe secus ceterae dialecti, quarum omnis modus ac principium sensim evanuit. Ex quo facile est intelligere, cur grammatici in Ho-

meri carminibus aeolicos modos et doricos, atque etiam atticos passim reperiant; quamvis ille omnium poetarum princeps suos lingua jonica antiqua divinos versus conscripserit. In universum, modus dicendi, qui in aliqua dialecto frequenter occurrit, ab eadem ipsa nomen cepit suum: quamquam in aliis quoque dialectis modos doricos, quibus auctores attici usi sunt, et atticas figuras, quas auctores non Attici adhibuerunt, saepissime invenias.

Praeterea etiam figurae poeticae, et quaevis poetarum licentia ad eamdem antiquam linguam pertinent. Notum quidem est poetas linguarum auctores ac prope architectos fuisse easdemque nobilitasse additis viribus omnique genera ornamentorum: nullam tamen ipsi arbitratu suo verborum immutationem facere ausi sunt, pro certo habentes futurum, ut id in multitudinis offensionem incurreret.

Primi tamen Graeciae cantores, quando opus erat, a populi communibus idiotismis dicendi modos seligebant, quorum multi postea in desuetudinem abiere; hinc poetae subsequentis aetatis quum veterum exempla ante oculos haberent, iis divitiis carere noluerunt. Ita ex verbis, quae prius propria fuerunt, idotismus aut licentia poetica originem duxit, quae idcirco dialectus poetica appellata est.

Apud omnes cultas gentes dialectus illa, quae ceteris excellentior est, tamquam origo et fundamentum communis linguae a doctis atque scriptoribus adhibitae existimatur. Haud ita tamen apud Graecos. Quum enim ipsi ad urbanitatem civilemque cultum animos traduxerunt, in alias atque alias respublicas partiti sunt inter sese et situ, et regimine, et socie-

tate sejuncti. Unaquaeque igitur in oratione tum ligata numeris tum soluta usque ad Alexandri tempora aut propriam ac nativam dialectum retinuit, aut, quam maluit, ex aliis adoptavit. Itaque graeca lingua poetas et oratores jonicos, doricos, aeolicos, et atticos jactat, quorum nonnulli ad nostram usque aetatem pervenere.

Inter omnes tamen graecas urbes adeo eminuit Athenarum civitas, ut haec totius Graeciae princeps, simulque disciplinarum omnium altrix atque receptrix perdiu habita fuerit. Intimus enim quidam boni et pulcri sensus quasique gustatus, quem in poetis et oratoribus graecis admirari solemus, praeter alias eorum dotes eximias, in causa fuit cur iidem non modo Rhetoricam, et Poesim, verum etiam Historiam et Philosophiam ad summum perfectionis gradum evexerint; et atticam linguam omnibus aliis dialectis suaviorem venustioremque reddiderint.

Viri omnes eruditi Athenas conveniebant ut et animum magnificentia urbis recrearent, atque a literarum scientiarumque omnium purissimis et uberrimis quasi fontibus veram germanamque doctrinam haurirent. Quapropter dialectus attica quum ceteris Graeciae dialectis multo antecelleret, simul ac Graecia e pluribus populis in unum coaluit sub Macedoniae regibus. In aulam principum inducta fuit atque in omnium coepit auctorum scriptis versari. Haec itaque una ex illo tempore in omnibus scholis dominabatur, grammatici vero et eruditi ex Atticorum operibus atticos scriptores a ceteris distinguendos dignoscendosque curabant. Quod quidem judicium, temporibus subinde sequentibus sub Ptolemaeis regibus Alexandriam Aegypti translatum est.

Verum ut dialectus attica communis evasit, statim intercidere coepit. Auctores enim nonnihil patrii sermonis suis immiscebant scriptis, interdum etiam pro varia studioseque exquisita Atticorum licentia modis quibusdam magis propriis naturaeque consentaneis utebantur; vel pro verbis simplicibus et inusitatis, ea verba publici juris fecerunt, quae licet derivata, in omnium tamen ore, ac linguis vigebant.

Grammatici, ut mutationes hujusmodi de medio tollerent, veterum Atticorum exemplaria consuetudini depravatae ac reprehendendae anteponebant, ita ut atticum vocaretur quidquid ab antiqua lingua ductum et illis proprium erat; vulgaris vero eruditorum lingua, quae ab attica exordium habuit, vocari coepit lingua graeca communis. Auctores igitur qui aetate posteriores fuerunt, *communes* dicti sunt prae *auctoribus atticis*. Sed haec communis dialectus nihil revera differebat ab attica; ut videre est in grammaticis, qui de dialecto attica tantum sermonem instituunt.

Quamvis autem dialectus attica in omnium Graecorum ore pervagata esset, credendum tamen non est solam Atheniensium poesim in honore fuisse; quandoquidem hi in unica poesi dramatica principatum obtinuerunt. Cum vero hujusce poeseos stylus sublimis quidem sit et elatus, lingua autem popularis, idcirco athenienses Dramatici dialecto attica usi sunt, ut moris erat in omnibus Graeciae theatris. Iisdem praeterquam quod potestas fuit adhibendi apostrophum in contractione syllabarum, et in dramate versibus senariis scripto, ut est consuetudo Dialogorum, licebat quoque aliquando uti liberis poetarum vocibus et

conjugationum mutationibus; quod iis minime datum, qui comoedias poetico stylo exarabant.

Ceterorum vero generum poeseos ac praecipue hexametrorum in epicis, in didascalicis, in elegiacis, exemplaria habemus praeclara, Homerum aliosque jonicos vates, quorum opera passim in scholis recitabantur. Quare jonica Homeri lingua una cum ejusdem archaismis et proprietatibus conservata est et tamquam dialectus communis a poetis accepta qui sub Ptolemaeis ut postea floruerunt; quemadmodum dialectus attica in oratorum consuetudinem venit. Jam lingua jonica, utpote quae a poemate epico derivata est, proprie epica dici potest.

Nihilominus progressu temporis dialectus dorica locum tenuit in Poesi, ac praecipue in parvis quibusdam poematis campestribus atque facetis; quod factum est vel quia auctorum oculis antiqua exemplaria obversabantur; vel quia in iisdem poematis rustici, ut plurimum, atque humili loco nati homines loquuntur, quorum lingua unice dorica, propterea quod per omnes regiones Dores dispersi erant.

Animadvertendum denique est linguam doricam appellari etiam illam, quae in lyricis partibus adhibetur alicujus dramatis. Sed haec nil dorici habet praeter usum literae α pro η, quam propriam fuisse accepimus antiquae linguae; qui usus ob suam gravitatem, in rebus publicis retentus est, nam communiter a Doribus tantum haec adhibita fuit dicendi ratio. Ceterum haec ipsa lyrica lingua epicae proxime accedebat, de qua supra commemoravimus.

DISSERTATIO DE EUPHONIA

LINGUAE GRAECAE.

Omnes populi praecipue ad meridiem positi, cum rudes admodum essent, neque ita multis notionibus abundarent, lingua vocisque flexibus adeo asperis ac violentis usi sunt, ut uno eodemque tempore loqui quasique canere viderentur. Hinc quo plura pro arbitrio inventa sunt signa sermonis, eo magis vis illa, aut ἔμφασις pronunciationis, apud omnes fere nationes imminuta est. Graecos tamen excipias oportet, qui pro maxima ingenii sagacitate, ut patrii sermonis venustati perfectionique consulerent, eamdem semper loquendi rationem adhibuerunt. Chorea, cantus et gestus mutuum sibi officium amica conspiratione praestiterunt. Itaque Plato affirmavit saltandi artem originem duxisse ab imitatione verborum, quae initio certis quibusdam corporis motibus exprimebantur. Et sapienter scripsisse existimo virum quemdam hujusce aetatis doctissimum, Graecos scilicet ea agitatione motuque membrorum syllabas ore emisisse, ut verba quodammodo saltitarent. Certum quidem est, orationis figuras a variis corporis motionibus nomen accepisse; ideoque Graeci, ut eloquendi artem indicarent, hujusmodi usi sunt nominibus, in quibus quaedam inest motus et actionis significatio. Demetrius Phaleraeus ait, verbum *periodus* oriri a praepositione περὶ, *circum*, et a nomine ὁδὸς, *via*; atque ita vocari, quia veluti rota, lineam circulo similem describit. Veteres hinc Rhetores periodi structuram mo-

do athletarum cursui, modo sinuoso fluminum gyro comparant: alii eamdem nobis exhibent sub ferocium animalium imagine, quae in unum coeuntia in se ipsa nodis flectuntur ut vehementius sese conjiciant, alii arcui similem faciunt, ex quo sagittarum eo gravior et celerior emissio, quo major ejusdem intentio. Uno verbo, membra, pedes, alae, gestus, color, affectus, mores denique tributi sunt sermoni; sed horum nominum, quae a graeca lingua ad nostras translata sunt, pleraque propriam vim omnino amiserunt.

Graeci non satis habuere patriae linguae vitam ac spiritum infundere, eamdemque ad omnes permovendos affectus aptissimam reddere, verum etiam ejusdem harmoniae consultum esse voluerunt. Ex quo tam crebro immutatus est sonus verborum, ut innumeris nos cognitionibus careamus. De hac immodica linguae quasi mollitie vehementer queritur Socrates in Cratilo apud Platonem: » Poetae, ait ille, » quaedam ut verba ad theatrum accommodarent, ita » eadem inverterunt, ut a primo ac naturali sensu » ad alium detorserint «. Quamvis vel maximos progressus fecerit Philosophia; teretes admodum erant atque religiosae aures Atheniensium, ideoque illas prius demulceri et allici jucunditate sermonis ab eo oportebat, qui dominari in animos illius populi studuisset. Pericli et Timotheo publice dicenti ob violatas accentus regulas populus saepe saepius obstrepuit. Teste vero Suida, Atheniensibus post bellum habitum adversus Alexandrum magnum pecunia maxime laborantibus, cum peregrinus quidam ditissimus in publica concione magnam auri vim spopondisset, eo quod inter loquendum unam tantum cujusdam verbi

literam omiserat, maximo risu exceptus ab omnibus fuit, adeo ut oblatae pecuniae rejectio facta esset, nisi is emendatius, quae vellet, protulisset.

Quod si nonnullas veterum auctorum sententias tamquam discerpta Absyrti membra sparsas hac illac atque diffusas animo reputemus, ex iis mature perpensis et inter se comparatis regulas, quas hic subjicimus, quoad accentuum usum, graecaeque linguae Euphoniam statuendas esse arbitramus.

1.° Quodlibet verbum per se significatione ejus omissa, sicut propriis accentibus ita propria tum intentione tum remissione, proprioque tempore erat distinctum; contra vero in recentioribus linguis hujusmodi mutationes vocis non differunt inter se, nisi in notis quibusdam, quae nec percipiuntur auribus, nec ad ullam syllabam singillatim referri possunt.

2.° Ea erat accentuum proprietas, ut modo intenta, modo remissa ibi esset, ubi constabat de verborum origine.

3.° Dionysius *halicarnasseus* affirmat, naturalem loquendi modum, et artem musicam dissimiles quidem fuisse inter se quoad quantitatem, minime vero quoad qualitatem: atque insuper Graecos metiri solitos fuisse simplicis sermonis cantum distantia *diapente* (*apud nos di una quinta*); quum musicae cantus intervalla magis varia et ampla percurreret.

4.° Ex quo sequitur, in graeco sermone multiplices vocis contentiones et remissiones spatium unius *diapente* complexas fuisse, et accentus gradus omnes, qui hoc intervallum implebant, comprehendisse.

5.° Aristotelis sententia, in accentibus pars una

fixa habebatur, altera mobilis: prioris partis proprium erat eorumdem accentuum qualitatem vel intentionis, vel remissionis servare; alterius autem partis, idest mobilis in intervallo gradibus praescripto positae, officium erat harmoniam et vim pronunciationi tribuere; si enim singulae syllabae accentu suo vel acuto, vel gravi immutabiliter distinguebantur, gradus quoque contentionis vocis et remissionis opus est ut mobilis fuerit et liber. Atque hinc magna illa in declamationibus difficultas oriebatur, cum nimirum graeci Oratores nondum certis statutisque principiis innniterentur.

6.° Vis accentuum cum certa metri lege conjuncta longe major in carminibus erat, quam in soluta oratione, eo quod affectus voci poetarum, non secus ac cantui perveteris musicae spiritum animamque afflabant.

7.° Antiqui Graeciae musici studium curamque omnem in id contulerunt, ut sonorum et affectuum convenientiam, tantummodo internoscerent, et musices concentum ad similitudinem concentus sermonis artificiose componerent.

8.° Ars recens (*il contrappunto*) componendi musicae numeros, vel potius concentus ille qui e sono et intervallis non interruptis exoritur, maximam sane affert oblectationem; optime tamen Graeci intellexerunt, veram voluptatis originem ab eo gustu pendere, quem nobis natura suis proportionibus indidit.

9.° Phrinis et Lausus, qui morem sociandi cantum instrumentis musicis nimis licenter omnium primi induxerunt, a sapientibus tamquam corruptores habiti sunt. » Ego, inquit Aristoteles, omne in mu-

» sica artificium improbo: artificium vero illud dico, quo musicae peritus in ludis publicis, artis suae fine neglecto, nil quaerit aliud, nisi ut imperiosum quidem, sed saepe corruptum multitudinis gustum numerorum quasi lenocinio demulceat.

10.° Solum tunc temporis ars musica a cantu in carminibus disjuncta fuit, et quae prius carminum tantummodo comes ac socia ferebatur, carminum deinceps extitit blandissima domina.

11.° Ex quo itaque usus invaluit conjungendi versus cum instrumentis cujuscumque generis, unde varias metri exceptiones grammatici exposuerunt, cum nimirum instrumenta ad lubidinem adhiberi non possent, quia novae motiones haberentur a quibus versuum motiones, suas leges acceperunt.

12.° Atque hinc etiam melici carminis varietas admirabilis explicatur. Servius centum dissimilium latinorum carminum species enumerat: et si Ephestioni fides praestanda, longe plures erant graecorum versuum species.

13.° Haec tamen non nisi post secundam Olympiadem licentia obtinuit: nam usque ad illud tempus versu tantum hexametro quodlibet poeseos genus Graeci persequuti sunt; nec satis liquet utrum carmen istud ad instrumentorum harmoniam recitaretur.

Lucianus natione Syrus, urbe Samosata, iuxta Euphratis confluenta sita, ortus. Quando vixerit, non accurate definiri potest. In hoc conveniunt eruditi ætatem illius incidere intra a. Ch. 122—200. Primum fuit causidicus Antiochiæ, sed postea rhetorum fraudes aurique sacram famem pertæsus atque perosus, animum ad philosophiæ studium adpulit. Permulta scripsit, quæ omnia recensere nimis longum foret. Facetiæ, lepor, sales et ioci, urbanitas, acumen ingenii, elegantia attica orationem ejus omni tempore mirifice commendarunt. At in iocis et dicteriis modum non ubique servavit, atque Aristophanem, quem et Homerum in deliciis habuisse videtur, pæne superavit petulantia.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΛΛΗΝΩΝ

ΣΥΓΓΡΑΦΕΩΝ ΚΑΙ ΠΟΙΗΤΩΝ

ΕΚΛΕΧΘΕΝΤΑ.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ

ΝΕΚΡΙΚΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

Κνήμωνος καὶ Δαμνίππου.

Κνή.

Τοῦτο 1 ἐκεῖνο τὸ τῆς παροιμίας, ὁ νεβρὸς τὸν λέοντα 2. Δ. Τί ἀγανακτεῖς, ὦ Κνήμων; Κ. Πυνθάνῃ ὅ,τι ἀγανακτῶ; Κληρονόμον ἀκούσιος καταλέλοιπα κατασοφισθεὶς 3 ὁ ἄθλιος, οὓς ἐβουλόμην ἂν μάλιστα σχεῖν τἀμὰ παραλιπών 4. Δ. Πῶς τοῦτ' ἐγένετο; Κ. Ἑρμόλαον τὸν πάνυ πλούσιον ἄτεκνον ὄντα ἐθεράπευον ἐπὶ θανάτῳ 5· κἀκεῖνος οὐκ ἀηδῶς τὴν θεραπείαν προσίετο. Ἔδοξε δή μοι καὶ σοφὸν τοῦτ' εἶναι, θέσθαι διαθήκας ἐς

1. Subintelligitur verbum ἐστί. 2. Est in eo proverbio inexspectati eventus atque ante non provisi significatio. Explicat locum *Erasm.* Chil. in *Hinnulus Leonem.* 3. *Arte circumventus, deceptus.* 4. Scilicet παραλιπὼν ἐκείνους, οὓς ἐβουλόμην ἂν μάλιστα σχεῖν τἀμά. 5. Non est quod voluerunt interpretes *imminente morte, sed spe mortis.*

τὸ φανερὸν 6, ἐν αἷς ἐκείνῳ καταλέλοιπα τἀμὰ πάντα, ὡς κἀκεῖνος ζηλώσειε, καὶ τὰ αὐτὰ πράξειε. Δ. Τί οὖν δὴ ἐκεῖνος 7; Κ. Ὅ,τι μὲν οὖν αὐτὸς ἐνέγραψε ταῖς ἑαυτοῦ διαθήκαις, οὐκ οἶδα· ἐγὼ γοῦν 8 ἄφνω ἀπέθανον, τοῦ τέγους μοι ἐπιπεσόντος. καὶ νῦν Ἑρμόλαος ἔχει τἀμὰ, ὥσπερ τις λάβραξ καὶ τὸ ἄγκιστρον τῷ δελέατι συγκατασπάσας 9. Δ. Οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτόν σε τὸν ἁλιέα 10. Ὥστε σόφισμα κατὰ σαυτοῦ συντέθεικας. Κ. Ἔοικα 11. Οἰμώζω τοιγαροῦν 12.

6. *Testamentum proferre in publicum, cum pluribus communicare.* Institutionem hanc esse puram, atque adeo perperam referre ad eas institutiones, quas Lex vocat *captatorias*, docet *Bynkershoekius* de Captat. Inst. C. V. p. 319. 7. Scilicet τί οὖν δὴ ἐκεῖνος ἔπραξε; 8. *Sane.* 9. Scilicet: καὶ τὸ ἄγκιστρον σὺν τῷ δελέατι κατασπάσας. 10. Scilicet: οὐ μόνον τὸ ἄγκιστρον σὺν τῷ δελέατι, ἀλλὰ καὶ αὐτόν σε τὸν ἁλιέα κατέσπασεν. 11. *Ita videor.* 12. *Propterea.*

Ἀλεξάνδρου, Ἀννίβου, Μίνωος καὶ Σκιπίωνος.

Ἀλεξ.

Ἐμὲ δεῖ προκεκρῖσθαί σου 1, ὦ Λίβυ· ἀμείνων γάρ εἰμι. Ἀν. Οὔμενουν, ἀλλ' ἐμέ. Ἀλ. Οὐκοῦν ὁ Μίνως δικασάτω. Μ. Τίνες δ' ἐστέ; Ἀλ. Οὗτος μὲν Ἀννίβας ὁ Καρχηδόνιος· ἐγὼ δὲ Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου 2. Μ. Νὴ Δία ἔνδοξοί γε ἀμφότεροι· ἀλλὰ περὶ τίνος ὑμῖν ἡ ἔρις; Ἀλ. Περὶ προεδρίας· φησὶ γὰρ οὗτος ἀμείνων γεγενῆσθαι στρατηγὸς ἐμοῦ. Ἐγὼ δὲ, ὥσπερ ἅπαντες ἴσασιν, οὐχὶ τούτου μόνον, ἀλλὰ πάντων σχεδὸν τῶν πρὸ ἐμοῦ 3 φημὶ διενεγκεῖν τὰ πολέμια 4. Μ. Οὐκοῦν ἐν μέρει 5 ἑκάτερος εἰπάτω· σὺ δὲ πρῶτος, ὁ Λίβυς, λέγε. Ἀν. Ἓν μὲν τοῦτο, ὦ Μίνως, ὠνάμην, ὅτι ἐνταῦθα καὶ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἐξέμαθον 6· ὥστε οὐδὲ ταύτῃ πλέον οὗτος ἐνέγκαιτό μου. Φημὶ δὲ τούτους μάλιστα ἐπαίνου ἀξίους εἶναι, ὅσοι τὸ μηδὲν ἐξ ἀρχῆς ὄντες, ὅμως ἐπὶ μέγα προεχώρησαν, δι' αὐτῶν δύναμίν τε περιβαλλόμενοι, καὶ ἄξιοι δόξαντες ἀρχῆς· ἐγὼ γοῦν μετ' ὀλίγων ἐξορμήσας ἐς τὴν Ἰβηρίαν, τὸ πρῶτον ὕπαρχος ὢν τῷ ἀδελφῷ 7, με-

1. De summa Imperatoris laude *Lucianus* hic Hannibalem cum Alexandro contendentem inducit; qui apud *Livium Appianumque* a Scipione rogatus, quem maximum omnium Imperatorum, qui umquam fuissent, crederet, Alexandrum Magnum nominasse traditur; huic proximum Pyrrhum; se tertium, et si Scipionem vicisset, primum se existimaturum fuisse. 2. Scilicet ὁ Φιλίππου υἱός. 3. Scilicet: τῶν πρὸ ἐμοῦ ὑπαρξάντων. 4. *Præstitisse belli peritia.* 5. *Singulatim, per vices.* 6. Scilicet: τὴν ἑλληνικὴν φωνὴν ἐξέμαθον. Haud necesse erat hoc a Luciano fingi: nam Hannibal, quum in superis esset, Græce sciebat, et opuscula Græce scripsit. V. *Cornelium Nepotem* C. XIII. ejus vitæ. 7. Non *fratri,* sed *sororis viro* qui suc-

γίστων ἠξιώθην, ἄριστος κριθείς· καὶ τούς γε Κελτίβηρας εἷλον, καὶ Γαλατῶν ἐκράτησα τῶν Ἑσπερίων, καὶ τὰ μεγάλα ὄρη ὑπερβὰς, τὰ περὶ τὸν Ἠριδανὸν ἅπαντα 8 κατέδραμον, καὶ ἀναστάτους ἐποίησα τοσαύτας πόλεις, καὶ τὴν πεδινὴν Ἰταλίαν ἐχειρωσάμην, καὶ μέχρι τῶν προαστείων τῆς προυχούσης πόλεως ἦλθον· καὶ τοσούτους ἀπέκτεινα μιᾶς ἡμέρας, ὥστε τοὺς δακτυλίους 9 αὐτῶν μεδίμνοις ἀπομετρῆσαι, καὶ τοὺς ποταμοὺς γεφυρῶσαι νεκροῖς. Καὶ ταῦτα πάντα ἔπραξα, οὔτε Ἄμμωνος υἱὸς ὀνομαζόμενος, οὔτε θεὸς εἶναι προσποιούμενος, ἢ ἐνύπνια τῆς μητρὸς διεξιὼν, ἀλλ᾽ ἄνθρωπος εἶναι ὁμολογῶν, στρατηγοῖς τε τοῖς συνετωτάτοις ἀντεξεταζόμενος 10, καὶ στρατιώταις τοῖς μαχιμωτάτοις συμπλεκόμενος· οὐ Μήδους καὶ Ἀρμενίους καταγωνιζόμενος 11 ὑποφεύγοντας πρὶν διώκειν τινὰ, καὶ τῷ τολμήσαντι παραδιδόντας εὐθὺ τὴν νίκην. Ἀλέξανδρος δὲ πατρῴαν ἀρχὴν παραλαβὼν ηὔξησε, καὶ παραπολὺ ἐξέτεινε, χρησάμενος τῇ τῆς τύχης ὁρμῇ. ἐπειδ᾽ οὖν ἐνίκησέ τε, καὶ τὸν ὄλεθρον 12 ἐκεῖνον Δαρεῖον ἐν Ἰσσῷ τε καὶ Ἀρβήλοις ἐκράτησεν, ἀποστὰς τῶν πατρῴων 13 προσκυνεῖσθαι ἠξίου, καὶ ἐς δίαιταν τὴν Μη-

cesserat socero Hamilcari: ei Asdrubalis nomen fuit. 8. *Omnia.* Omnes libri habent, excepto Wecheliano et Hemsterh. ἅπαντας· horum uterque ἅπαντα reposuit: quam emendationem etiam Vorstio placuisse video. Potest tamen aliquo modo stare vulgata, si uno halitu legas, τὰ μεγάλα ὄ. ὑ. τ. π. τ. H. Sed indigna hæc sunt Luciano. 9. Variæ de horum annulorum mensura sententiæ. *Livius* famam veriorem putat, quæ tradit non fuisse plus modio. Annuli isti ferrei fuere. 10. *Comparatus.* 11. *Debellans.* 12. Ὄλεθρος qui significat *perniciem*; dicitur etiam de *homine pernicioso, exitio digno, nullius frugis,* pro ὀλέθριος. Hoc autem convicio proscindit Hannibal Darium, quod nulla fortitudine, nullis imperatoriis artibus esset ornatus. 13. Subaudi ἐθισμῶν: *pertæsus patrii moris, a patriis*

δικὴν μετεδιῄτησεν 14 ἑαυτὸν, καὶ ἐμιαιφόνει ἐν τοῖς συμποσίοις τοὺς φίλους, καὶ συνελάμβανεν ἐπὶ θανάτῳ 15. Ἐγὼ δὲ ἦρξα ἐπίσης τῆς πατρίδος, καὶ ἐπειδὴ μετεπέμπετο, τῶν πολεμίων μεγάλῳ στόλῳ ἐπιπλευσάντων τῆς Λιβύης, ταχέως ὑπήκουσα, καὶ ἰδιώτην ἐμαυτὸν παρέσχον, καὶ καταδικασθεὶς ἤνεγκα εὐγνωμόνως τὸ πρᾶγμα 16. Καὶ ταῦτ' ἔπραξα βάρβαρος ὢν, καὶ ἀπαίδευτος παιδείας τῆς Ἑλληνικῆς καὶ οὔτε Ὅμηρον, ὥσπερ οὗτος, ῥαψῳδῶν 17, οὔτε ὑπ' Ἀριστοτέλει τῷ σοφιστῇ παιδευθείς, μόνῃ δὲ τῇ φύσει ἀγαθῇ χρησάμενος. Ταῦτά ἐστιν, ἃ ἐγὼ Ἀλεξάνδρου ἀμείνων φημὶ εἶναι. εἰ δ' ἔστι καλλίων 18 οὑτοσὶ, διότι διαδήματι τὴν κεφαλὴν διεδέδετο 19, Μακεδόσι 20 μὲν ἴσως καὶ ταῦτα σεμνά. οὐ μὴν διὰ τοῦτ' ἀμείνων δόξειεν ἂν γενναίου καὶ στρατηγικοῦ ἀνδρὸς, τῇ γνώμῃ 21 πλέον ἤπερ τῇ τύχῃ κεχρημένου. Μ. Ὁ μὲν εἴρηκεν οὐκ ἀγεννῆ τὸν λόγον, οὐδ' ὡς Λίβυν εἰκὸς ἦν, ὑπὲρ αὐτοῦ. Σὺ δὲ, ὦ Ἀλέξανδρε, τί πρὸς ταῦτα φής; Ἀλ. Ἐχρῆν μὲν, ὦ Μίνως, μηδὲν πρὸς ἄνδρα οὕτω

institutis desciscens. 14. Legitur in Stephani Thesaur. T. I. p. 985. Μεταδιαιτᾶν, *quoque voce activa apud Lucianum de Alexandro,* δίαιταν τὴν Μηδικὴν μετεδιῄτησεν ἑαυτὸν, *idest, suum vitæ genus Medico (seu Medorum more) commutavit. Sed non dubito quin mendose omissa sit præpositio* εἰς *ante* δίαιταν. 15. Συλλαμβάνειν cum dativo significat *opem ferre,* sed cum accusativo, ut hic, (nam τοὺς φίλους non tantum ad ἐμιαιφόνει pertinet, sed etiam ad συνελάμβανεν) significat *capere, comprehendere.* Ergo συλλαμβάνειν τοὺς φίλους ἐπὶ θανάτῳ est ad verbum, *amicos comprehendere ad mortem* h. e. *ut ad mortem ducantur.* Ceterum συνελάμβανεν hic est συλλαμβάνειν ἐκέλευε, *comprehendi jubebat, vel comprehendebat per alios.* 16. *Tuli animo moderato casum.* 17. *Neque Homeri carmina recitando decantans.* 18. *Pulcrior.* 19. *Quia diademate caput habet revinctum.* 20. *Diadema* itaque non Persicum ornamentum, sed regium apud Græcos insigne, ut in nummis videre est. Cave itaque cum *tiara* confundas, quæ Persarum est propria. 21. *Ingenio et prudentia.*

θρασύ· ἱκανὴ γὰρ ἡ φήμη διδάξαι σε, οἷος μὲν ἐγὼ βασιλεύς, οἷος δὲ οὗτος λῃστὴς ἐγένετο· ὅμως δὲ ὅρα, εἰ κατ' ὀλίγον αὐτοῦ διήνεγκα· ὃς νέος 22. ὢν ἔτι παρελθὼν ἐπὶ τὰ πράγματα 23, καὶ τὴν ἀρχὴν τεταραγμένην κατέσχον, καὶ τοὺς φονέας τοῦ πατρὸς μετῆλθον, καταφοβήσας τὴν Ἑλλάδα τῇ Θηβαίων ἀπωλείᾳ, στρατηγὸς ὑπ' αὐτῶν χειροτονηθείς, οὐκ ἠξίωσα τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν περιέπων ἀγαπᾷν 24 ἄρχειν ὁπόσων ὁ πατὴρ κατέλιπεν, ἀλλὰ πᾶσαν ἐπινοήσας τὴν γῆν, καὶ δεινὸν ἡγησάμενος, εἰ μὴ ἁπάντων κρατήσαιμι, ὀλίγους ἄγων, εἰσέβαλον εἰς τὴν Ἀσίαν· καὶ ἐπί τε Γρανικῷ 25, ἐκράτησα μεγάλῃ μάχῃ· καὶ τὴν Λυδίαν λαβών, καὶ Ἰωνίαν καὶ Φρυγίαν, καὶ ὅλως τὰ ἐν ποσὶν 26 ἀεὶ χειρούμενος, ἦλθον ἐπὶ Ἰσσόν, ἔνθα Δαρεῖος ὑπέμενε μυριάδας πολλὰς στρατοῦ ἄγων. Καὶ τὸ ἀπὸ τούτου 27, ὦ Μίνως, ὑμεῖς ἴστε ὅσους νεκροὺς ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας κατέπεμψα. Φησὶ γοῦν ὁ πορθμεὺς μὴ διαρκέσαι αὐτοῖς τότε τὸ σκάφος, ἀλλὰ σχεδίας διαπηξαμένους τοὺς πολλοὺς αὐτῶν διαπλεῦσαι. Καὶ ταῦτα δὲ ἔπραττον αὐτὸς προκινδυνεύων, καὶ τιτρώσκεσθαι ἀξιῶν. Καὶ ἵνα σοι μὴ τὰ ἐν Τύρῳ, μηδὲ τὰ ἐν Ἀρβήλοις διηγήσωμαι, ἀλλὰ καὶ μέχρις Ἰνδῶν ἦλθον, καὶ τὸν Ὠκεανὸν ὅρον ἐποιησάμην τῆς ἀρχῆς 28, καὶ τοὺς ἐλέφαντας αὐτῶν εἷλον, καὶ Πῶρον ἐχειρωσάμην· καὶ Σκύθας δέ, οὐκ εὐκαταφρονήτους ἄνδρας, ὑπερβὰς τὸν Τάναϊν, ἐνίκησα μεγάλῃ ἱππομαχίᾳ· καὶ τοὺς φίλους εὖ ἐποίησα, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἠμυνάμην 29. Εἰ δὲ καὶ θεὸς ἐδόκουν τοῖς ἀνθρώ-

22. Vigesimum agens annum. V. Plutarch. 23. Ad rerum administrationem. 24. Ἀγαπᾷν cum infinito, ut hic, significat esse con-[illegible] Ad Granicum fluvium. 26. Scilicet τὰ ἐν ποσὶν ὄντα. 28. Imperii. 29. Ultus sum.

ποις, συγγνωστοὶ ἐκεῖνοι, παρὰ τὸ μέγεθος [30] τῶν πραγμάτων καὶ τοιοῦτόν τι πιστεύσαντες περὶ ἐμοῦ. Τὸ δ' οὖν τελευταῖον [31], ἐγὼ μὲν βασιλεύων ἀπέθανον, οὗτος δ' ἐν φυγῇ ὢν παρὰ Προυσίᾳ τῷ Βιθυνῷ, καθάπερ ἄξιον ἦν πανουργότατον, καὶ ὠμότατον ὄντα· ὡς [32] γὰρ δὴ ἐκράτησε τῶν Ἰταλῶν, ἐῶ λέγειν, ὅτι οὐκ ἰσχύϊ, ἀλλὰ πονηρίᾳ, καὶ ἀπιστίᾳ, καὶ δόλοις· νόμιμον δὲ, ἢ προφανὲς οὐδέν. Ἐπεὶ δέ μοι ὠνείδισε τὴν τρυφὴν, ἐκλελῆσθαί μοι δοκεῖ, οἷα ἐποίει ἐν Καπύῃ, ἑταίραις συνὼν, καὶ τοὺς τοῦ πολέμου καιροὺς ὁ θαυμάσιος καθηδυπαθῶν [33]. Ἐγὼ δὲ, εἰ μὴ, μικρὰ τὰ Ἑσπέρια δόξας, ἐπὶ τὴν ἕω μᾶλλον ὥρμησα, τί ἂν μέγα ἔπραξα, Ἰταλίαν ἀναιμωτὶ λαβὼν, καὶ Λιβύην, καὶ τὰ μέχρι Γαδείρων ὑπαγόμενος; Ἀλλ' οὐκ ἀξιόμαχα ἔδοξέ μοι ἐκεῖνα, ὑποπτήσσοντα ἤδη, καὶ δεσπότην ὁμολογοῦντα. Εἴρηκα. Σὺ δὲ, ὦ Μίνως, δίκαζε. Ἱκανὰ γὰρ ἀπὸ πολλῶν καὶ ταῦτα. Σκ. Μὴ πρότερον, ἢν μὴ καὶ ἐμοῦ ἀκούσῃς. Μ. Τίς γὰρ εἶ, ὦ βέλτιστε; ἢ πόθεν ὢν ἐρεῖς; Σκ. Ἰταλιώτης Σκηπίων, στρατηγὸς, ὁ καθελὼν Καρχηδόνα, καὶ κρατήσας Λιβύων μεγάλαις μάχαις. Μ. Τί οὖν καὶ σὺ ἐρεῖς; Σ. Ἀλεξάνδρου μὲν ἥττων εἶναι, τοῦ δ' Ἀννίβου ἀμείνων· ὃς ἐδίωξα νικήσας αὐτὸν, καὶ φυγεῖν καταναγκάσας ἀτίμως. Πῶς οὖν οὐκ ἀναίσχυντος οὗτος, ὃς πρὸς Ἀλέξανδρον ἁμιλλᾶται [34], ᾧ οὐδὲ Σκηπίων ἐγὼ, ὁ νενικηκὼς αὐτὸν, παραβάλλεσθαι ἀξιῶ [35]; Μ. Νὴ Δί' εὐγνώμονα [36] φῄς, ὦ Σκηπίων· ὥστε πρῶτος μὲν κεκρίσθω Ἀλέξανδρος, μετ' αὐτὸν δὲ, σύ· εἶτα, εἰ δοκεῖ, τρίτος Ἀννίβας, οὐδὲ οὗτος εὐκαταφρόνητος ὤν.

30. Παρὰ hic est pro διὰ *ob magnitudinem*. 31. *Denique*. 32. *Quomodo* 33. *In deliciis disperdens*. 34. *Contendat*. 35. *Equum esse censeo, sustineo*. 36. *Equum dicis*.

θρασύν. ἱκανὴ γὰρ ἡ φήμη διδάξαι σε, οἷος μὲν ἐγὼ βασιλεὺς, οἷος δὲ οὗτος λῃστὴς ἐγένετο· ὅμως δὲ ὅρα, εἰ κατ' ὀλίγον αὐτοῦ διήνεγκα· ὃς νέος 22. ὢν ἔτι παρελθὼν ἐπὶ τὰ πράγματα 23, καὶ τὴν ἀρχὴν τεταραγμένην κατέσχον, καὶ τοὺς φονέας τοῦ πατρὸς μετῆλθον, καταφοβήσας τὴν Ἑλλάδα τῇ Θηβαίων ἀπωλείᾳ, στρατηγὸς ὑπ' αὐτῶν χειροτονηθεὶς, οὐκ ἠξίωσα τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν περιέπων ἀγαπᾶν 24 ἄρχειν ὁπόσων ὁ πατὴρ κατέλιπεν, ἀλλὰ πᾶσαν ἐπινοήσας τὴν γῆν, καὶ δεινὸν ἡγησάμενος, εἰ μὴ ἁπάντων κρατήσαιμι, ὀλίγους ἄγων, ἐσέβαλον εἰς τὴν Ἀσίαν· καὶ ἐπί τε Γρανικῷ 25, ἐκράτησα μεγάλῃ μάχῃ· καὶ τὴν Λυδίαν λαβὼν, καὶ Ἰωνίαν καὶ Φρυγίαν, καὶ ὅλως τὰ ἐν ποσὶν 26 ἀεὶ χειρούμενος, ἦλθον ἐπὶ Ἰσσὸν, ἔνθα Δαρεῖος ὑπέμεινε μυριάδας πολλὰς στρατοῦ ἄγων. Καὶ τὸ ἀπὸ τούτου 27, ὦ Μίνως, ὑμεῖς ἴστε ὅσους νεκροὺς ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας κατέπεμψα. Φησὶ γοῦν ὁ πορθμεὺς μὴ διαρκέσαι αὐτοῖς τότε τὸ σκάφος, ἀλλὰ σχεδίας διαπηξαμένους τοὺς πολλοὺς αὐτῶν διαπλεῦσαι. Καὶ ταῦτα δὲ ἔπραττον αὐτὸς προκινδυνεύων, καὶ τιτρώσκεσθαι ἀξιῶν. Καὶ ἵνα σοι μὴ τὰ ἐν Τύρῳ, μηδὲ τὰ ἐν Ἀρβήλοις διηγήσωμαι, ἀλλὰ καὶ μέχρις Ἰνδῶν ἦλθον, καὶ τὸν Ὠκεανὸν ὅρον ἐποιησάμην τῆς ἀρχῆς 28, καὶ τοὺς ἐλέφαντας αὐτῶν εἷλον, καὶ Πῶρον ἐχειρωσάμην· καὶ Σκύθας δὲ, οὐκ εὐκαταφρονήτους ἄνδρας, ὑπερβὰς τὸν Τάναϊν, ἐνίκησα μεγάλῃ ἱππομαχίᾳ· καὶ τοὺς φίλους εὖ ἐποίησα, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἠμυνάμην 29. Εἰ δὲ καὶ θεὸς ἐδόκουν τοῖς ἀνθρώ-

22. Vigesimum agens annum. V. Plutarch. 23. *Ad rerum administrationem.* 24. Ἀγαπᾷν cum infinito, ut hic, significat *esse contentum.* 25. *Ad Granicum fluvium.* 26. Scilicet τὰ ἐν ποσὶν ὄντα. 27. *Exinde.* 28. *Imperii.* 29. *Ultus sum.*

ποις, συγγνωστοὶ ἐκεῖνοι, παρὰ τὸ μέγεθος 30 τῶν πραγμάτων καὶ τοιοῦτόν τι πιστεύσαντες περὶ ἐμοῦ. Τὸ δ' οὖν τελευταῖον 31, ἐγὼ μὲν βασιλεύων ἀπέθανον, οὗτος δ' ἐν φυγῇ ὢν παρὰ Προυσίᾳ τῷ Βιθυνῷ, καθάπερ ἄξιον ἦν πανουργότατον, καὶ ὠμότατον ὄντα· ὡς 32 γὰρ δὴ ἐκράτησε τῶν Ἰταλῶν, ἐῶ λέγειν, ὅτι οὐκ ἰσχύϊ, ἀλλὰ πονηρίᾳ, καὶ ἀπιστίᾳ, καὶ δόλοις· νόμιμον δὲ, ἢ προφανὲς οὐδέν. Ἐπεὶ δέ μοι ὠνείδισε τὴν τρυφὴν, ἐκλελῆσθαί μοι δοκεῖ, οἷα ἐποίει ἐν Καπύῃ, ἑταίραις συνὼν, καὶ τοὺς τοῦ πολέμου καιροὺς ὁ θαυμάσιος καθηδυπαθῶν 33. Ἐγὼ δὲ, εἰ μὴ, μικρὰ τὰ Ἑσπέρια δόξας, ἐπὶ τὴν ἕω μᾶλλον ὥρμησα, τί ἂν μέγα ἔπραξα, Ἰταλίαν ἀναιμωτὶ λαβὼν, καὶ Λιβύην, καὶ τὰ μέχρι Γαδείρων ὑπαγόμενος; Ἀλλ' οὐκ ἀξιόμαχα ἔδοξέ μοι ἐκεῖνα, ὑποπτήσσοντα ἤδη, καὶ δεσπότην ὁμολογοῦντα. Εἴρηκα. Σὺ δὲ, ὦ Μίνως, δίκαζε. Ἱκανὰ γὰρ ἀπὸ πολλῶν καὶ ταῦτα. Σκ. Μὴ πρότερον, ἢν μὴ καὶ ἐμοῦ ἀκούσῃς. Μ. Τίς γὰρ εἶ, ὦ βέλτιστε; ἢ πόθεν ὢν ἐρεῖς; Σκ. Ἰταλιώτης Σκηπίων, στρατηγὸς, ὁ καθελὼν Καρχηδόνα, καὶ κρατήσας Λιβύων μεγάλαις μάχαις. Μ. Τί οὖν καὶ σὺ ἐρεῖς; Σ. Ἀλεξάνδρου μὲν ἥττων εἶναι, τοῦ δ' Ἀννίβου ἀμείνων· ὃς ἐδίωξα νικήσας αὐτὸν, καὶ φυγεῖν καταναγκάσας ἀτίμως. Πῶς οὖν οὐκ ἀναίσχυντος οὗτος, ὃς πρὸς Ἀλέξανδρον ἁμιλλᾶται 34, ᾧ οὐδὲ Σκηπίων ἐγὼ, ὁ νενικηκὼς αὐτὸν, παραβάλλεσθαι ἀξιῶ 35; Μ. Νὴ Δί' εὐγνώμονα 36 φὴς, ὦ Σκηπίων· ὥστε πρῶτος μὲν κεκρίσθω Ἀλέξανδρος, μετ' αὐτὸν δὲ, σύ· εἶτα, εἰ δοκεῖ, τρίτος Ἀννίβας, οὐδὲ οὗτος εὐκαταφρόνητος ὤν.

30. Παρὰ hic est pro διὰ *ob magnitudinem*. 31. *Denique*. 32. *Quomodo* 33. *In deliciis disperdens*. 34. *Contendat*. 35. *Equum esse censeo, sustineo*. 36. *Equum dicis*.

Μενίππου καὶ Ἑρμοῦ.

Μεν.

Ποῦ δὲ οἱ καλοί 1 εἰσιν, ἢ αἱ καλαί, ὦ Ἑρμῆ; ξενάγησόν με νέηλυν ὄντα. Ἑρ. Οὐ σχολή μοι, ὦ Μένιππε· πλὴν κατ' ἐκεῖνο αὐτὸ ἀπόβλεψον, ὡς ἐπὶ τὰ δεξιὰ 2, ἔνθα Ὑάκινθός τέ ἐστι, καὶ ὁ Νάρκισσος, καὶ Νιρεὺς, καὶ Ἀχιλλεὺς, καὶ Τυρὼ 3, καὶ Ἑλένη, καὶ Λήδα, καὶ ὅλως, τὰ ἀρχαῖα κάλλη πάντα. Μ. ὀστᾶ μόνον ὁρῶ, καὶ κρανία, τῶν σαρκῶν γυμνὰ, ὅμοια τὰ πολλά. Ἑρ. Καὶ μὴν 4 ἐκεῖνά ἐστιν, ἃ πάντες οἱ ποιηταὶ θαυμάζουσι 5, τὰ ὀστᾶ, ὧν σὺ ἔοικας καταφρονεῖν. Μ. Ὅμως τὴν Ἑλένην μοι δεῖξον· οὐ γὰρ ἂν διαγνοίην ἔγωγε. Ἑρ. Τουτὶ τὸ κρανίον ἡ Ἑλένη ἐστίν. Μ. Εἶτα αἱ χίλιαι νῆες διὰ τοῦτο ἐπληρώθησαν ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος, καὶ τοσοῦτοι ἔπεσον Ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι, καὶ τοσαῦται πόλεις ἀνάστατοι γεγόνασιν; Ἑρ. Ἀλλ' οὐκ εἶδες, ὦ Μένιππε, ζῶσαν τὴν γυναῖκα· ἔφης γὰρ ἂν καὶ σὺ ἀνεμέσητον 6 εἶναι τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν· ἐπεὶ καὶ τὰ ἄνθη ξηρὰ ὄντα εἴ τις βλέποι ἀποβεβληκότα τὴν βαφὴν, ἄμορφα δηλονότι αὐτῷ δόξει· ὅτι μέντοι ἀνθεῖ, καὶ ἔχει τὴν χροιὰν κάλλιστά ἐστιν. Μ. Οὐκοῦν τοῦτο 7, ὦ Ἑρμῆ, θαυμάζω, εἰ 8 μὴ συνίεσαν οἱ Ἀχαιοὶ περὶ πράγματος οὕτως ὀλιγοχρονίου, καὶ ῥᾳδίως ἀπανθοῦντος πονοῦντες. Ἑρ. Οὐ σχολή μοι, ὦ Μέ-

1. *Pulcri.* 2. *Quasi ad dextram.* 3. Salmonei filia, ex qua et Neptuno nati Neleus et Pelias. 4. *Atqui.* 5. *Admirantur, describunt versibus.* 6. *Non indignum.* Ex Homeri Iliad. 3. 7. Scilicet διὰ τοῦτο. 8. Attice pro ὅτι.

νιππε, συμφιλοσοφεῖν σοι· ὥστε, ἐπιλεξάμενος τόπον, ἔνθα ἂν ἐθέλῃς, κεῖσο καταβαλὼν σεαυτὸν 9. ἐγὼ δὲ τοὺς ἄλλους νεκροὺς ἤδη μετελεύσομαι 10.

Νιρέως, Θερσίτου, καὶ Μενίππου.

Νιρ.

Ἰδοὺ δὴ Μένιππος οὑτοσὶ 1 δικάσει, πότερος εὐμορφότερός 2 ἐστιν. Εἰπὲ, ὦ Μένιππε, οὐ καλλίων 3 σοι δοκῶ; Μ. Τίνες δὲ καὶ ἐστέ; Πρότερον, οἶμαι, χρὴ γὰρ 4 τοῦτο εἰδέναι. Ν. Νιρεὺς καὶ Θερσίτης. Μ. Πότερος οὖν ὁ Νιρεὺς, καὶ πότερος ὁ Θερσίτης; Οὐδέπω γὰρ τοῦτο δῆλον. Θ. Ἓν μὲν ἤδη τοῦτ' ἔχω, ὅτι ὅμοιός εἰμί σοι, καὶ οὐδὲν τηλικοῦτον διαφέρεις, ἡλίκον σε Ὅμηρος ἐκεῖνος ὁ τυφλὸς ~~ἐπῄνεσεν, ἁπάντων~~ εὐμορφότατον προσειπών· ἀλλ' ὁ φοξὸς ἐγὼ, καὶ ψεδνὸς, οὐδὲν χείρων ἐφάνην τῷ δικαστῇ· Ὅρα σὺ δὲ, ὦ Μένιππε, ὃν τινα καὶ εὐμορφότερον ἡγῇ. Ν. Ἐμέ γε 5 τὸν Ἀγλαΐας, καὶ Χάροπος, ὅς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθον. Μ. Ἀλλ' οὐχὶ καὶ ὑπὸ γῆν, ὡς οἶμαι, κάλλιστος ἦλθες· ἀλλὰ τὰ μὲν ὀστᾶ ὅμοια, τὸ δὲ κρανίον ταύτῃ μόνον ἄρα διακρίνοιτο ἀπὸ τοῦ Θερσίτου κρανίου, ὅτι εὔθρυπτον τὸ σόν· ἀλα-

9. βάλλειν, καταβάλλειν, ῥίπτειν ἑαυτὸν vel τὸ σῶμα ea virtute poni solent a Græcis, ut ad illos proprie pertineant, qui temere ac negligenter, ut Livius ait, *se projiciunt*, vel *corpora humi prosternunt*: idque in magno luctu gravibusque malis, quæ decori habitus cogitationem excutiunt. 10. *Arcessam.*

1. *Hicce.* 2. *Formosior.* 3. *Pulcrior.* 4. Lege omnino, πρότερον γάρ, οἶμαι, χρή, non, ut in Libris est, πρότερον οἶμαι χρὴ γάρ. 5. *Me certe filium Aglajae.*

τὸ φανερὸν 6, ἐν αἷς ἐκείνῳ καταλέλοιπα τἀμὰ πάντα, ὡς κἀκεῖνος ζηλώσειε, καὶ τὰ αὐτὰ πράξειε. Δ. Τί οὖν δὴ ἐκεῖνος 7; Κ. Ὅ,τι μὲν οὖν αὐτὸς ἐνέγραψε ταῖς ἑαυτοῦ διαθήκαις, οὐκ οἶδα· ἐγὼ γοῦν 8 ἄφνω ἀπέθανον, τοῦ τέγους μοι ἐπιπεσόντος. καὶ νῦν Ἑρμόλαος ἔχει τἀμὰ, ὥσπερ τις λάβραξ καὶ τὸ ἄγκιστρον τῷ δελέατι συγκατασπάσας 9. Δ. Οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτόν σε τὸν ἁλιέα 10. Ὥστε σόφισμα κατὰ σαυτοῦ συντέθεικας. Κ. Ἔοικα 11. Οἰμώζω τοιγαροῦν 12.

6. *Testamentum proferre in publicum, cum pluribus communicare.* Institutionem hanc esse puram, atque adeo perperam referre ad eas institutiones, quas Lex vocat *captatorias*, docet *Bynkershoekius* de Captat. Inst. C. V. p. 319. 7. Scilicet τί οὖν δὴ ἐκεῖνος ἔπραξε; 8. *Sane.* 9. Scilicet: καὶ τὸ ἄγκιστρον σὺν τῷ δελέατι κατασπάσας. 10. Scilicet: οὐ μόνον τὸ ἄγκιστρον σὺν τῷ δελέατι, ἀλλὰ καὶ αὐτόν σε τὸν ἁλιέα κατέσπασεν. 11. *Ita videor.* 12. *Propterea.*

Ἀλεξάνδρου, Ἀννίβου, Μίνωος καὶ Σκηπίωνος.

Ἀλεξ.

